Kloster S. Petri bei Modena

1155.

In nomine domini dei eterni. Anni domini nostri Iesu Christi millesimo .c. L.v. Federico rege regnante.
Die tertio intrante mense octubris. Indicione tercia. Siquis in sanctis ac venerabi-
libus locis ex suis aliquid contulerit rebus, iuxta auctoris vocem in hoc seculo proficiet et in
futuro centuplum accipiet. Ideo in dei nomine ego Ansaldus pro anime mee et parentum meo-
rum et uxoris mee michine remedio et abluendis peccatis nostris in monasterio sancti Petri
sito iuxta civitatem Mutine in quo domnus Geminianus prior permanens ex iussione abbatis et fra-
trum monachorum accipiens illud quod domnus Ansaldus dedit. Ego Ansaldus quondam Guidonis filius
viventibus romana lege de castro Pedacoloria proprietario nomine dono et offero ita ut dictum est
omne ius et accionem integriter quod habeo in curte Crespelani et Pergatuli. et terciam partem
quam habet Malpilius ex nostris in prenominato loco. exceptis servis et ancillis. et similiter dono et
offero cum Bernardo nepote meo omne ius et accionem quod habemus in monte Petri existente
in plebe Pauli. Quod autem superius offertum una cum accessione et ingressu seu cum superioribus
et inferioribus, monachi qui pro tempore monasterio servierint vel cui iure ipsi dederint habeant
et teneant et de fructibus ipsarum rerum quicquid voluerint faciant sine omni mea et heredum vel succes-
sorum meorum contradicione. salva tamen proprietate monasterii. Quidem spondeo atque promitto per
me et supradictis istam offertionem predicto monasterio omni tempore secundum legem defendere et aucto-
rizare. et si hoc facere non potuerimus aut contra hanc cartulam offertionis egerimus vel agen-
tibus consentientes fuerimus pena centum solidorum denariorum lucensium persolvamus prefato monasterio.
et post pena soluta hec cartula firma permaneat. quia tal(is) michi fuit voluntas.

Actum in castro Pedacolorie. Predictus Ansaldus hanc cartulam scribere rogavit.

Huius facti archipresbiter de Pidiano. et presbiter Rolandus. et presbiter Albertus. et Clabellus diaconus. et Henricus.
et Ranfredus et Rainerius germani fratres. et Ubaldus diaconus de Crespelano investitor. Viven-
tibus romana lege testes rogati sunt.

(S.) Ildebrandus dei gratia notarius rogatus scribere scripsi.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 16 (8)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1761653660-10/fragment/page=0001

1155. Jn crespolano.

poterm in causpilano

V20
1155

1155.
3. ottobre

S. Pietro di Modena

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1761653660-10/fragment/page=0002